



Sammelbd

1. Bd = voh - Ki 4065

St.

+

CASVS
BINI PARTVS
DVBII

PRÆSIDE

DN. PETROMÜLLERO, JCTO
ANTECESSORE, CONSIL. SAX. CVRIÆ
provincialis & Scabinatus Adseffore, ac Colleg.
Jurid. DECANO

IN AVDITORIO JCTORVM

ad D. Septembr. 1685.

Disputatione ostensio

JOH. GEORG. CONRAD.
Rotenburgo ad Tuberim Franc.

IENÆ, Typis PAULI EHRICHII. 1711.

12.

EGAS
BINI-PARTAS
DABII
D'PETROMULLEROI
ANTECZORI CONSILII SAX CARIE
LA ANNIVERSARIO ACTOANIA
Joh. Egoer. Gornia
LENS TITIS LATIT FERICHTU



PROEMIVM.

Uoniam disquisitiones academicæ similitudinem forensis exercitiū præ se ferunt, semperque suāsum est hactenus ab eruditis, ut properantes ad scientiam juris civilis perfectæque eruditionis gradum in consensu aliquam multorum edatur dissertatio; nam *ut ferrum acuitur ferro, uti homo exacuit faciem amici sui Proverb. 27. v.17.* Quem morem Parladorius in Epistol. ad filios, valde approbat, suadet, monet: *Velim, inquit, ut quæ legeritis aut audieritis, cum sodalibus pertractetis; & quæ dixeritis, defendite: quæ verò ab iis dicentur, aut confirmate aut refellite.* Ita enim non leve ad studium opera pretium feceritis; & planè tantum momenti bac in re positum reor, ut magnopere convenire putarem, si in unoquoque con-

tubernio, tanquam instituto præscriberetur: ut profestis feriatisque diebus, singuli sodales invices, prælectionem (vel ex iis quæ à Preceptoribus, vel per se percepissent) in coronam facerent; proposito ad eam rem, quem ceteri impetant propugnatores. Nolui & ego studiorum meorum commodo deesse, atque sine legitimæ scientia edito specimine ex hac alma legum nutrice Salana discedere. In hoc tantummodo solitus, quamnam eligerem materiam ventilatione dignam, nec tam sæpè discussam. Injunctum ergo mihi est ab iis, quorum nutum pro imperio agnosco, ut specialem dubii juris casum evolverem. Quod pro viribus cum Deo præstiti, ut nihil superesse videatur, quam ut lector futurus benignitate suâ omnia complectatur, & si in tam arduis dubiisq; quæstionibus cuncta ad palatum decisa non inventiat, illud cogitet, quod *in magnis sat sit voluisse*. Interim agam quod mei est officii atque implorato divino auxilio positiones præsentes publico examinantium arbitrio submittam.

C A S U S.

Christianus à W. bina prædia allodialia possidens F. & Z. fecit testamentum, atque in eo unicam sororem instituit heredem hisce verbis: Zu meinen Erben setze ich ein meine einige und liebe Schwester / Jungfer A. M. v. W. jedoch mit diesem ausdrücklichem Bedinge und

und Masse/daz der erste von Ihr aus rechtmäßiger Ehe mit einem ehlichen gebohrnen von Adel gezeugete Männliche Erbe und Sohn meines Guths zu F. der andere hernach erzielte aber des Guths zu Z. universal Erbe / dann als izo und izo alsdenn seyn / und solche Güther von selben auss ihre Männliche Erben allezeit den Erstgebohrnen/ zu conservirung und splendor Ihrer Familiae und Geschlechts ferner fallen / durch Erbgangs recht kommen und bleiben/und alle Theilung und alienation Ihnen ausdrücklich verbothen seyn solle. Mortuo testatore soror possessionem rerum hereditiarum fratris apprehendit, & paulo post matrimonio jungitur G. à L. Gravida deinde facta, iter ad mariti matrem ingreditur, sed antequam ad destinatum locum venit, tempus partus instat, doloresque parturientis urgent, ut proximam villam intret, ubi gemellorum filiorum felicissimo partu felix mater facta. Fœminæ adstantes & auxiliatrices manus puerperæ præbentes inter filios hos genitos non obseruant, quis eorum prior, quis posterior in lucem prodierit. Hinc duæ non levis momenti quæstiones oriuntur :

I.

Quisnam ex hisce filius (quorum alter Christiani, alter Joannis nomen adeptus) pro primogenito habendus ? cum prædium F. ad primogenitum pertinens majori valore superet prædium Z. quod ad natu minorem spectat.

II.

An ipsorum mater, soror defuncti testatoris, directa ejusdem sit heres utriusque prædi F. & Z. que filii quidem restituenda, sed tanquam fiduciam commissio substitutis, detracta scil. à matre quartaportione Trebellianica ?

RESOLUTIO
PRIMÆ QUÆSTIONIS.

SECTIO I.

continens

Rationes pro CHRISTIANO.

SUMMARI A.

Th. I. Pro Christiano, quod pro primogenito habeatur, adducitur, (1) quod sit robustior pre Johanne. II. Refutatur illud argumentum. III. (2) quod ipsum parentes magis amant, quam Johannem, ut gratificationi locus sit. IV. Refutatur & ista sententia.

Thes. I.

Sicuti quaestio hæc maximè dubia & difficillima à DD. reputatur, in tantum, ut Palaez. tract. de majorat. part. 2. quaest. 8. inter illas, quæ gladio dirimendæ, haud dubitet hanc referre, ita iidem in varias pro ea decidenda abeunt opiniones. Præprimis à tutore *Christiani* sequentes adducuntur rationes: (1) Eum quoad vires corporis & exteriora membra esse robustiorem præ altero fratre Johanne. Quare autem robustior in primogenitura jure dubio præferatur, rationem dicunt, quod ille citius & velocius præsumatur de carcere uteri materni in hanc lucem provenisse. *I. si fuerit 10. §. fin. ff. ac reb. dub.* ubi Ictus dicit, si marem & foeminam uno utero peperisset foemina, masculus prior natus præsumatur, cum mas robustior foemina, & naturaliter id, quod est potentius, vincat id, quod est minus potens.

e. medicam. d. penitent. dist. 1. c. quod in dubiis; d. consecr. eccl. vel altar. & Bald. ad d. l. 10. §. fin. d. reb. dub. ait: perspicuum est omnibus mares esse fœminis robustiores; quod argumentum adducunt Gvid. Papæ. tr. d. presumptionib. col. 3. vers. item si utero. Philipp. Decius. in l. 2. n. 47. ff. d. R. J. Tiraquell. d. jur. primogen. quest. 17. c. 8. n. 2. ubi à columbis argumentatur, quæ, cum marem semper ac fœminam pariant, priorem edant marem, cuius rei testem Plinium lib. 10. c. 51. & Aristotel. d. natur. animal. lib. 6. c. 4. allegat. Idem tradit latius ad leges connubiales lib. 1. n. 59.

Th. II. Verum hoc argumentum debile esse putamus; Nam quod ad legem 10. ff. d. reb. dub. attinet, rationem sui asserti ibi Consultus minimè ponit in robore maris præ fœmina, sed in eo, quod sententia humâior, ceu pro libertate favorabilior, ita benè Cyn. Bartol. & Angel. in d. l. idem erit. ff. d. stat. hom. & hic casus ab eo, qui in d. l. 10. est, à nostra quæstione, ubi contenditur, quis inter duos mares simul natos ac gemellos, prior altero videatur editus, est diversus. Neque apodicticum est, quod semper fortior & robustior primus prodeat ex utero materno, & marem ubique esse robustorem fœminâ in partu gemellorum, cùm contrarium multoties edocet sint homines, idque sponte squaligiatur, Tiraquell. de tract. de jure primogen. quest. 17. opin. 8. n. 3. ibi; neque tamen id perpetuum est, ut ex eo certam firmamque presumptionem statuere debeamus, cumque nonnunquam etiam debiliores fetus præcedant. Idem porro laudatus Tiraquell confirmat: Imo, ait, si ille textus de rebus dubiis recte inspicatur, palam ostendit, etiam filiam posse nasci prioren, in verb. siquidem tertium est, quod prius &c. Adde Rotman. Alex. & Jason in l. si extraneus ff. d. condic. caus. dat. Nec quadrat hoc de columbis relatum, posito enim, quod verum sit, quod de iis dicitur, (de quo tamen
ma-

maximè dubitare licet) ab iisdem ad homines malè fieri illationem, nemo non videt. Plura, qui pro hoc fundamento confutando desiderat, vid. Tiraquell. *alleg. loc.*

Th. III. (II.) pro Christiano adducitur, quod ipsum magis ament Parentes, ac præprimis pater, quam fratrem Johannem, quare aut æqualitatem inter hos fratres optant, vel si penes ipsos Parentes staret electio, sine dubio optimum prædium F. filio Christiano traderent. Et sic quamplurimi existimant in ejusmodi dubio casu locum esse gratificationi, idque propter incertitudinem facti Bald. *in l. in quibus casibus C. de secund. rapt.* ubi dicit, ibi esse argumentum, quod Pater posit eligere eum, quem volet ut primogenitum succedere, Corset. *d. potest. reg. qu. 7. pr. Alvar. in c. 1. col. 2. vers. Item adde. ff. de legat. 1.* & pro hac sententia adducunt textus *in l. generaliter §. quid ergo ff. de fideicommiss. libert. l. 3. §. si cum omnes ad SC. Syllanian. c. duobus d. rescript. in 6. l. ult. d. relig. & sumt. funer.*

Th. IV. Verum nec hac sententia multum roboris habet, nam (1) variè dissentunt iidem DD. qui gratificationi locum dant, incertique sunt, cuinam concedenda facultas eligendi, an patri ex nudo beneplacito, an eidem tunc demum si Princeps hanc facultatem ei concessit, de qua re latè Luc. *d. Pen. in l. penult. col. 2. C. d. decurion. lib. 10.* quod tamen aliis displicet, cùm Princeps sine causa quempiam jure suo non posit privare *l. quoties & l. ult. C. si contra jus vel utilit. publ.* Alii hanc eligendi facultatem purè ad Papam vel superiorem restringunt, vid. Anton. Corset. *tract. de potestat. regia.* Alii in judicem electionem hanc transferunt: Alii ad Maguates, alii ad Magistratum, ita, ut sub judice adhuc lis sit non minima, quis eligere vel gratificari possit. Porro (2) alii planè huic rei contradicunt, & nec patri, nec aliis electionem competere volunt, in quam sententiam

niam etiam legem divinam *Deuteronomio. c. 21.* adducunt, ubi expressè patri prohibetur, pro suo lubitu eligere primogenitum in præjudicium ejus¹, qui talis verè est; Imò (3) etiam illi, qui pro gratificatione & electione stant, de eo loquuntur casu, si jus suum consequatur primogenitus à patre aut lege communi; aliud esse dicunt, si (uti hīc) ex alterius speciali dispositione, vid. quæ notavit Tiraquell. *d. jur. primogen. qu. 21. n. 7.* Quod leges pro hac opinione allegatas attinet, ex earum evolutione cuivis patet, vel planè nihil in iisdem contineri, quod ad rem nostram facit, vel easdem de aliis planè ac dissimilibus causis tractare. De Baldi quoque & sequacium sententia benè Tiraquell. *d. tr. qu. 17. n. 10.* ait: quod de hac re ita involutè loquatur, ut nescias, quid velit, conf. *ibid. n. 11. & seq.* ubi latius hoc fundamentum destruit, add. eund. *quest. 21. & seq.* Cæterū quod divisionem horum bonorum inter gemellos dubios ratione primogenituræ & æqualitatis votum, quod Parentes habere dicuntur, attinet, de ea re major & firmior ratio subesse videtur, cum in dubio, cuinam inter duos jus aliquod competit, divisio rei aut fructuum aut ut alternis annis administrent bona, locum inveniet, vid. Imol. & Philip. Franc. *in c. cui quis. d. spult. in 6.* Multis aliis æqualis hæc divisio inter fratres æquales tanquam justius remedium arridet vid. Molin. *lib. 3. d. Hispan. primog. & Cævall. spec. aur. 1. qu. 248. n. 69. & seq.* idemque temperamentum in nostro planè dubio casu præ reliquis videtur placere Tiraquelle *d. tract. qu. 17. n. 8.* Et imò fatendum, si à parentibus unita tradita jam sit possessio vel dominium prædii F. eum in possessione esse, & sine dubio manu tenendum, donec alter jus primogenituræ contra illum justè probet, quæ probatio rebus sic stantibus, difficillima erit. Sic videmus in simili bus hoc obtainere. Ita in re duobus vendita ille præfertur, cui

res prius tradita est l. quies C. d. rei vindic. l. sive autem §.
si duobus. ff. d. publ. in rem act. & in beneficiis ecclesiasticis
in simili casu ambiguo is praeferendus, qui prius possessio-
nem beneficij asseditus est, quo pertinet text. in c. ad annes
X. d. prescript. & vulgatae illæ juris regulæ : in re dubia me-
lier est conditio possidentis : beati possidentes &c. add.
c. si à sede. d. præbend. ubi : si à sede apostolica vel ordina-
rio eodem die beneficium conferatur duobus, nec appareat,
quæ collatio prior fuerit, erit potior conditio possidentis.
Et sic in terminis nostri casus hanc sequitur opinionem Glos.
in l. idem erit. ff. d. stat. hom. conf. Cævall. d. l. N. 45. & mult.
seqq. Verum quicquid sit de æquitate hujus sententiae,
cum ea sit expresse contra dispositionem & mentem testa-
toris, verbis sat perspicuis omnem divisionem prohiben-
tis, & præcise, ut prædium F. penes unum, Z. autem penes
alterum indivisum maneat, volentis, hac voluntas pro lege
omnino erit observanda, aliudque remedium vel tem-
peramentum huic rei inveniendum. Et quod possessionem
attinet, ut species facti monstrat, res adhuc est integra, & non
tam queritur, cuinam pater ex filiis velit gratificari, quam
de eo, cui secundum justitiam & dispositionem testatoris
in petitorio jure primogeniti competit; quo in puncto
parentum gratificationi locum non invenire iam supra
firmavimus.

SECTIO II.

continens

Rationes pro JOHANNE.

SUMMARIA.

Th. I. Pro Johanne adducitur (1) quod quoad faciem sit lon-
gè pulchrior, quam Christianus. (2) quod Idem pro Chri-
stiano sit maturioris iudicii.

Th. I.

Pro altero fratre Johanne adducebantur sequentia argumenta : (I) quod quoad faciem longè pulchrior sit, quam Christianus frater. At filium, qui est pulchrior ex gemellis uterinis, esse præferendum in majoratu vel primogenitura jure altero minus formosiore tradit. Bald. (sibi mirum contrarius) in proemio *Digesti veteris n. 15. confid. 1.* adducens versum Virgilii :

Gratior est pulcro veniens è corpore virtus

& pro hac sententia militat Ant. Gomez. in l. Tauri. 40. n. 68. Cæpoll. in tr. d. Imperat. concl. 10. concludens, in dubio eligendum esse pulchriorem, cuius rationem hanc præbent, quod omne pulchrum à natura sit bonum & amabile. Cævall. d. l. n. 10. ubi plura pro hac sententia adducuntur. Ast hæc sententia nil quidquam juvabit Johannem, cum hæc lis non à bono naturali, non ab amabilitate, vel simili qualitate formositatis faciei dependeat, sed à voluntate testatoris, qui non formosorem vel pulchriorem, sed primogenitum instituit prædii F. solum & unicum heredem, quæ dispositio ex debili hac præsumtione interpretationem talem haut admittere videtur, nec ulla ratio suadet, ex gemellis formosiores esse prius natum, cum experientia saxe contrarium doceat, nec etiam alia ratio physica dictæ sententia adsit.

Th. II. Argumentum 2. adducunt pro Johanne, quod idem præ Christiano sit maturioris judicii, in rebus gerendis cultior ex unō verbō ad easdem magis idoneus, quem etiam in dubio hoc casu præferendum esse alteri nonnulli statuunt ita Bald. in l. quest. 23, ff. de rer. divis. & in l. per agrum. C. de servitut. & facere pro hac opinione putant l. interest. ff. d. liberal. caus. ubi Prætor eum præfert ex pluribus, quem magis idoneum existimavit. Verum, quo-

niam hic non tam quæstio est de administrando regno vel officio similivere, ubi maturius judicium vel sapientiae qualitas desideratur; sed de eo, qui ex voluntate testatoris bona possidere iisque frui, testatori magis dilectus, sicque ad opulentius prædium hereditatis jure accipendum ab eo destinatus aut vocatus sit, ad quod nec maturitas judicij nec eruditio nec sapientiae qualitas quicquam facit, multo minus illæ qualitates ullam præsumptionem primogenituræ faciant, ex quo solo dependet facultas habendi titulo hereditatis prædii F. Igitur nec hæc ratio pro Johanne attenda erit.

SECTIO III.

complectitur

DECISIONEM QUÆSTIONIS.

SUMMARIA.

Th. I. Optimum remedium est Sors. II. Ex fonte sacro hoc probatur. III. Injure Romano & Canonico extant textus. IV. Quomodo pater equalitatem inter hosce gemellos inducere potis sit.

Th. I.

Cum verò neutra præmissarum opinionum in nostro casu probè procedere videatur, aliud remedium pro hac difficultate decidenda erit inveniendum, quod esse potest SORS. Sorti inquam committenda determinatio, quis ex duobus illis gemellis prior, quis secundus habendus. Amplectuntur hoc remedium & causæ decisionem præ reliquis omnibus gravissimi legum interpretes, utpote Gomez *adl. Tauri 40. n. 68. in 5. opin.* Tiraquell. *d. jur. primogenit. qu. 17. op. 1. per tot. & circ. fin.* ubi hunc modum tollendi has difficultates præ aliis probat, ea tamen conditione, si bona fratrum pace hoc fiat Card. *qu. 248. n. 19. seqq.* & ab his relati alii :

Th. II.

Th. II. Et certe rationes, quibus haec via & tempus
ramentum innititur, mihi plus ponderis praे aliis supra re-
latis habere videntur. Namque ut notanter ait Bald. in
I. fin. C. commun. de legat. hujus judicii, fortis, dux ipse
DEus est, sicut autem ad DEum O. M. in dubitationibus
nostris confugimus, ad eum provocamus, hic solus omni-
scius, ac justissimus: hinc, quis contra illud decisum,
quod sic DEus ipse approbat, veniet vel illud improbabit?
Et hoc etiam docent sacræ literæ, in quibus Deum omni-
nò medium fortis præscripsisse populo suo in rebus divi-
dentiis aut in aliis dubiis causis veritatem eliciendis, quam
humana forsan diligentia penetrare haud potuit, multa lo-
ca docent, vid. *Num. c. 16. c. 33. c. 34. c. 36. Deut. c. 1. Iosu. c. 7.*
per tot. *I. Reg. c. 10.* & egregium textum apud omnium Sa-
pientissimum Salomonem *proverb. c. 16. f. ibi: fortis mit-
tuntur in sinum, sed à Domino temperantur,* quod bene
vertit B. Luther. Das Loß wird geworffen in den
Schoß/ aber es fällt wie der Herr will. Optimè cir-
ca hanc rem D. Augustin. in secunda concione ad Psalmum 30.
ad verb. in manibus tuis fortis me. Sors, ait, non aliquid
mali est, sed res, in dubitatione humana divinam inducens
voluntatem.

Th. III. Nec desunt textus ex jure Romano & Ca-
nonico nostram decisionem adjuvantes; & dubias res for-
te esse dirimendas probantes, vid. *I. quod si ambo d. judic.*
I. si que sunt cautiones. ff. familie hercisc. I. fin. C. commun. d.
legat. I. generaliter §. quid ergo si plures ff. de fideicom. li-
bert. §. optionis Inst. de legat. I. 2. C. quand. & quib. quartapars
deb. & plures alii. Ex jure Canonico add. text. unicum
instar omnium, qui habetur *in c. 1. cauf. 26. qu. 2. ibi: in for-*
te est voluntas Dei.

Th. III. Nec laudabile piumque votum Parentum

B 3 ho-

horum fratrum gemellorum ac præprimis patris, æqualitatem inter liberos voventis & desiderantis (ea enim mater concordia, omnem tollens collisionem & inter fratres aliás metuenda odio & similitates) jamjam in medium prolatum fortis temperamentum destruit ac impedit. Si enim alterum tangit fors, ut accipiat prædium F. tanquam præ prædio Z. pingius, Pater in testamento inter liberos & de suis ac Propriis bonis alterum prædium Z. sorte percipientem potest in majori parte instituere, ut quod deest in prædio Z. tanquam prælegatum vel præcipuum ex hereditate paterna habeat, retineatque; sicutque quoad bona temporalia & divitias erunt æquales, nec propterea unus alterum odio habere poterit seu occasione omniq[ue] lite sublata; modo alteri fratrum legitima sit integra. Plura qui desiderat, adeat supra relat. DD. & præprimis Tira quell. de sorte.

SECVNDÆ QVÆSTIONIS.

RESOLUTIO.

SECTIO I.

continens

RATIONES DUBITANDI.

SUMMARIA.

Thes. I. *Ex ipsa dispositione testatoris videtur probari filios non esse directos heredes, sed fideicommissarios.* II. *Ad diem vel tempus non datur alteri hereditas.* III. *Due directæ dispositiones si concurrunt, secunda obliquanda est.*

est. IV. In dubio verba accipienda sunt, ut potius modum, quam conditionem indicent.

Thef. I.

Circa secundam quæstionem: An nimirum mater horum gemellorum, soror sc. defuncti testatoris, ejusdem heres sit directa, filii verò per fideicommissum substituti? Prima facie videtur dicendum: quod omnino ita se res habeat, filios esse heredes non directos, sed per fideicommissum substitutos, quibus quidem hæc duo prædia F. & Z. sint restituenda, ast detracta & apud matrem manente Trebellianica ob sequentes rationes: Nam primò ex ipsâ dispositione patet cuivis legenti in verbis: Zum Erben setze ich ein minne einige und liebe Schwester &c. contineri directam institutionem. Siergo heres instituta soror, talis quoque erit & quidem directa, cum verba haud sint obliqua, sed directa & civilia arg. l. verbis civilibus. 7. ff. d. vulg. & pup. subſt. Et quoniam huic postpositi sunt filii ut heredes, quasi secundo loco instituta non potest non ita censeri substitutio, cum ea sit secundi heredis in locum primi institutio vid. Magnif. Dn. Struv. Synt. jur. civil. exerc. 33. th. 9. seqq. Si igitur mater directa heres semel est, semper talis manet, sicut semel adita hereditas amplius non potest repudiari §. fin. Inst. d. hered. qual. l. ult. C. d. repud. vel. abſtin. hered. nec movent eadē verba directa etiam contineri, ubi de filiis ut heredibus agitur in dispositione testatoris: nam in tantum quod jam dictum (heres semel non definit talis esse) verum reputatur, ut nec ex præcepto testatoris aliter se res habeat l. ei qui solvendo verb. non potest adjectus efficer ff. d. hered. inst. l. ex post facto pr. ff. ad SC. Trebell.

Th. II. Et hæc secundò confirmantur, quod constet ad diem seu ad tempus non dari alteri hereditatem l. heres ex die ibique Bartol. ff. d. hered. inst. quod si tamen forte dif-

dispositio ita sonet, tempus illud deducitur & detrahitur à relicto, ac si pura institutio intervenisset seu præcessisset arg. *I. miles ita pr. ibique Imol. late cum aliis ff. d. milit. testam.* Bald. *in l. id quod pauperibus qu. 14. C. d. Episc. & Cler. Durand.* d. arte testand. n. 4. caut. 5. n. 2. & 5. quare affirmatur, si mater vel alius instituatur ad vitam, quòd post institutus in proprietate vel bonis iisdem directè non habeat hereditatem, sed solum jure fideicommissi per *I. fin. C. d. instit. & substit. sub cond. fact. Alex. in consil. iii. n. 2. & c. 162. n. 5. & seqq. vol. 2. Bero. consil. 35. n. 20. 23. 26. seqq.* ita ut primus heres quartam Trebellianicam detrahatur *Alex. d. consil. 162. num. 4. vol. 2. Bero. d. l. n. 16. fin.*

Th. III. *Tertio faciunt* *huc jura & Doctores dicentes,* si duæ directæ concurrant dispositiones universales, respe-
ctu unius ejusdemque hereditatis & in solidum, licet testa-
tor per prius unam, alteram per posterius velit, interpre-
tationem tamen ita esse faciendam, ut sequens obliquetur,
sicque per fideicommissum secundo restituatur hereditas,
cum duo simul heredes in solidum esse nequeant *I. 4. §. ex*
contrario ff. d. acqu. vel am. posse. Bartol. Imol. Castr. Angel. in
I. si filius a. Patre ff. d. liber. & posthum. & in l. hereditas ex die
Bero. d. consil. 35. num. 26. vol. 2. quare etiam in casu nostro,
cùm sit foror à testatore instituta universalibus verbis ad
tempus quo nascitur primus & secundus ex ea masculus,
illud tempus detrahetur ac pure facta ejusdem institutio cen-
senda attamen cum onere restituendi bona & prædia mas-
culis cum nascerentur, utpote fideicommisso substitutis.

Th. IV. *Quarto videtur* *admittendum, si quis exi-*
stimare velit, in hac institutione subesse conditionem, cùm
potius modus ibi quam conditio adjecta videatur: quo-
niam in dubio verba ita accipi debent, ut modum potius,
quàm conditionem indicent I. quero 54. §. 1. ff. locat. I. cum

ab

ab eo 41. ff. d. contrah. emt. Gratian. *Discept. forens. c. 136.* n.
 14. quod maximè procedit in ultimis voluntatibus, utpote
 in quibus præcepta testatorum in dubio potius per viam
 modi quām conditionis appositi censentur Peregrin. d. fidei-
 commiss. art. ii. num. 144. Mantica d. conjectur. ult. vol. lib.
 10. tit. 5. n. 12. quo facit adjectum in dispositione vocabu-
 lum massell/ quod denotat modum. Item vocab. UT **Daf**
 modum indicans, non conditionem Zepper. *Cynos. legal.*
cap. 49. n. 114. ast constans est DD. opinio, quæ sub modo
 relictæ purè esse relictæ, & statim competere, etiam si iste mo-
 dus non fuerit adimpletus *l. libertas 17. §. bac scriptura 2. l.*
Mevius 44. l. Imperatores 52. ff. d. manumiss. testament. vid.
 hac de fusius & egregiè Ollo Ph. Zepper. d. tr. *cap. 49. n. 51.*
seqq. nec repugnare quis putet verba dispositionis mit diez
 sem Beding/ bac conditione: nam hæc verba non semper
 designare conditionem propriè dictam, sed etiam interdum
 modum patet ex iis quæ tradit Bartol. in *l. de quibus §. Tre-*
milius n. 5. ff. d. conditionib. & demonstrat. Bero. *consil. 66. n.*
5. vol. 1. Zepper. d. l.

SECTIO II.

proponit

RATIONES DECIDENDI.

SVMMARIA.

- Th. I. Prima sororis institutio est merè conditionalis. II.
Id quod verba emphatica de conditione clare exprimunt.
- III. Ex die, tempore, nativitate vel morte alterius alicujus
bedes sub conditione institutus dicitur. IV. Verba:
dein als iezo und iezo alsdem conditionem important.

C

V. Ver-

III. 41

V. Verba ipsa institutionis filiorum masculorum non obliqua sunt & precaria, sed filii vocantur Universal-Erben. VI. Clausula ex tunc & nunc retrotrahit dispositum ad tempus testamenti. VII. Substitutio intelligenda potius directa, quam obliqua. VIII. Eo ipso, quo testator disposuit, ut hec bona sine diminutione masculi ex sorore habeant, detractio Trebellianica a testatore prohibita censetur.

Th. I.

Verum, quamvis non levis momenti videntur jamjam relatæ rationes, superantur tamē, ut mihi videtur, eadem ab aliis longè fortioribus, quæ movent, ut dicamus, filios ex sorore testatoris prognatos potius esse directos, non fidescom missarios heredes, & quartam Trebellianicam matri hoc casu non deberi. Nam(I.)maturius consideratis verbis dispositionis testamentaria ex iisdem apparet, primam illam sororis institutionem esse merè conditionalem, id quod ex sequentiibus patet. Nam licet purè data hereditas primò videatur sorori, sub conditione tamen, quando ea pareret unum vel duos masculos, illa rursus adimitur eidem statim ab initio ex nunc, prout tunc: quare illa prima institutio sororis non potest non censi conditionalis; & sub hac conditione soror instituta, si scil. nullum filium masculum pepererit, ex ipsa sententia Pauli *in l. quod purè 6. pr. ff. quando dies legat. ced. ubi haud dubitat affirmare Consultus, quod purè datum est, si sub conditione adimitur, vel ad alium transfertur, quasi sub conditione datum censi.* addi. benè & in terminis fere Imol. cons. 105. n. 43.

Th. II. Denotant (I.) id quopue verba testatoris sat emphatica, mit diesem ausdrücklichem Beding &c. quæ clara sunt, & expressa de conditione (Beding) sonantia, quare rem indubiam constituunt vid. 1. nihil. ibique Barol. in fin. ff. d. emancip. liber. l. societatem §. arbitrorum n. 2. ff. pro sicio.

Th. III.

A b Th. III. *Tertiò*, verum quidem est, quod institutus ex tempore vel in die sua ipsius mortis, quasi subducto tempore pure institutus dicatur: at ex eo die, tempore, nativitate, vel morte alterius alicujus sub conditione institutus dicitur, ita Bartol. in l. hereditas ex die opp. 4. Imol. n. 1. ff. d. hered. instit. Eman. Svarez. receptar. sentent. verbo: *heres.* n. 54.

Th. IV. *Quartò* maximè movent, imò urgent, ut huic sententiæ calculum nostrum addamus, illa verba, *Dant als ieho / und ieho alsdenn / ex nunc prout ex tunc*, quæ restringendo ad casum expressum (nempe hic, quando masculum pariat soror) omnino conditionem importare dicuntur Gloss. in l. *siquidem pr. C. d. except.* Bero. conf. 31. n. 6. vol. 3. Stante etiam hoc presupposito, quod mèrè conditionalis sit hæc prima sororis institutio, sua sponte porrò sequitur, non potuisse ante eventum conditionis eam firmiter adire hereditatem, vel ullum inde jus sibi acquirere dictam sororem arg. l. *si quis institutus ibique* Gloss. & Bartol. ff. d. hered. insit. *textus expressus in l. is qui heres ibi:* at si non possit adire, quia conditio adhuc penderet, imò nec sororem potuisse dici heredem, nisi eveniente conditione Ferdin. Vasqu. *d. success. libr. 1. §. 3. n. 32. part. 2.* Joh. Bolognet. *confil. ult. n. 28.* nec etiam ante conditionis hujus eventum, vel posito si adiectus fuisset modus, ante ejus implementum, nullum jus heredi acquiri, cum nondum existens conditio impedit obligationis & actionis ortum, l. l. l. *cas causas ibique* Br. ff. d. condition. & demonstrat. quorum omnium consequens porro est, quod existente prima hac institutione sororis conditionali, ipsa nullum jus in hereditate nato masculo habuerit, nec proinde filios natos esse substitutos aut matrem Trebellianicam sibi retinere posse.

Th. V. *Quintò* confirmat hanc nostram sententiam ipsa institutio filiorum masculorum civilibus & directis, non

obliquis & precariis facta verbis, quodque non soror, sed filii hi vocentur Universal - Erben : sed directe & civilibus verbis vocati non possunt fideicommissio substituti censer, quippe quae ceu disparata in hoc maximè differunt, nec enim illa verba civiliter concepta trahi possunt in alterius factum, aut sonant ut filii de manu matris accipere hereditatem debeat, quod tamen fieret, si per fideicommissum essent substituti illi ex sorore nepotes. vid. Bartol. in *l. Centurio n. 15.* 43. 45. ff. d. vulg. & pupill. substit.

Th. VI. Sextò movet fortius præallegata clausula *ex nunc prout ex tunc* : quæ non solum, ut ante deductum, conditionem importat, verum etiam dispositum illud de filiis nascituris postmodum existens, retrotrahit ad tempus testamenti facti vel mortis testatoris, quod ipse sensus dictorum indicat. Si ergo, ut benè asseritur à parte matris, non possunt esse duo in solidum heredes unius ejusdemque hereditatis, potius ex quo tempore nati filii sunt, effectus institutionis retrotrahitur, ut ab initio quoad illum effectum quasi extitisse censeantur :

Th. VII. Septimò posito, subesse hic substitutionem, intelligi debet potius directa quam obliqua, ne inducatur fideicommissum cap. 1. in med. cap. si pater de testam. in 6. Gloss. in *l. Scivola* in verb. obligatur in fin. ff. ad SC. Trebell. Paul Leonin. tr. d. compend. substit. n. 75. & 209. nec facit quod nonnunquam substitutio directa ad fideicommissum trahatur : nam id necessitate vel causa particulari urgente contingente sit, si que cætera sunt paria, &, si clausula codicillaris vel fideicommissaria sit adjecta, quibus testator mandat universaliter sibi testatori succedi, nullam omnino de ministerio sororum institutarum faciens mentionem, respuunt fideicommissi interpretationem per d. *l. Scivola*. Quarum omnium consequens est non deberi Trebellianicam.

Th. VIII.

Th. VIII. Tandem octavo accedit, quod ipse testator disposuit, ut haec bona sine diminutione filii & masculi ex sorore nati habeant refineantque, & ita ad suos primogenitos jure successionis devolvant & transferant: Ast constat Trebellianica detractionem à testatore prohiberi posse Gloss. in §. sed quia stipulationes in prima Gloss. in verbo liceat. Inst. d. fideic. heredit. Paul. de Castr. in auth. sed cum testator circ. fin. ad L. falcid. Alex. conf. 67. vol. 1. in l. & 2. col. Gvid. Pap. qu. 51. quamvis nonnulli contrarium propugnare non dubitent Bart. in l. nemo potest. col. 2. aliqui relati ab Ant. Gabriel. commun. conclus. de fideicommiss. conclus. 1. num. 2. vers. contraria. qui tamen ut plurimum nostram sententiam communem & magis communem esse largiri ipsi coguntur. Nec movet, quod alii existiment, hoc casu, ut casset Trebellianica, requiri expressam prohibitionem hujus quartæ, Gail. lib. 2. obs. 138. n. 15. Gomez. 1. resol. 5. n. 11. nam sufficit talis expressio per aequipollens, dum tamen verba istud per necessitatem inducant, nec possint ad aliud commodè referri per tradita Aret. conf. 12. col. penult. Alex. & Jason. in l. 1. col. 5. ff. d. vulgari & pupillar. substit. qui notanter distinguit inter expressionem specialem & singularem; hancque dicit, non absolute requiri Gabriel. d. l. conclus. 2. per tot. Imo in fortioribus terminis Hipp. Riminald. 4. conf. 456. n. 95. defendit Trellianicam non deduci stante prohibitione alienationis (ut hic) eamque sententiam esse communem, quamvis illam litem meam non facio.

SECT. III. ET VLTIMVM.
complectitur
RESPONSIONES AD RATIO-
NES DUBITANDI.

C ,

SVM-

SUMMARIA. T. III. n. 1. Tied 5.

Thef. I. *Institutio heredis*, zum Erben sehe ich ein mein
eunique Schwester pro qualitate occurrentium circum-
stantiarum non est pura, sed conditionata. II. Etiam si
tempore mortis testatoris nullos habuerint liberos soror in-
stituta, ejusdem effectus retrorrabitur ad illud tempus. III.
Ante existentiam conditionis plane dici nequit sive directe
et institutam hanc sororem. IV. Nativitas filiorum fac-
it, ut matris sub conditione illa facta institutio expiret.
V. Negatur diem vel tempus institutioni sororis a testato-
re propriè loquendo esse dictam. VI. Neutquam duc di-
recte substitutiones hic concurrunt. VII. In presentia ca-
su non invenitur modus, sed conditio. VIII. Modus lega-
to vel institutioni adjectus pro conditione observandus est.
IX. Pro confirmanda nostra deductione refertur inclita Fa-
cultatis Juridica Jenensis Responsum.

Thef. I. quibus 150 ceteris vel
Restat nunc, ut ad dubitandi rationes respondeamus,
quod brevibus fiet. Quod igitur ad *Primitam* attinet,
qua oppositum, quod in allegatis verbis dispositionis testa-
mentariae zum Erben sehe ich ein meine eunique und liebe
Schwester u. condineatur directa institutio heredis, jam
in precedentibus decidendi rationibus demonstratum,
pro qualitate occurrentium circumstantiarum eam non es-
se puram, sed conditionatam, sub hac conditione factam:
si nullos masculos edat liberos, qua conditione postmo-
dum cessante, filii masculis progenitis, non potest non di-
spositum quoque sub illa conditione cessare, Menoch quest.
illustr. c. 55. n. 6. Card. Tusch. lit. C. conclus. 593. quod in
tantum procedit, ut si semel evanuerit, ea non amplius
reviviscat. I. cum uxori 4. ibique DD. ff. quand. dies legat. vel
fideic. quare contraria conditione existente, h. e. procrea-
tis

tis liberis masculis non potest non ad emtum censeri, quod sub illa conditione reliatum, propter regulam notissimam, sub conditione relictū, sub contraria conditione censetur ad emtum. *l. si legatum 10. l. legata inutiliter 14. d. adiment.* & transfer. legat. subesse autem hīc conditionem probat expreſſe allegata 1. 6. ff. quand. dies legat. vel fideicommiss. & plura fundamenta in ratione decidendi traditā.

Th. II. Et quāvis tempore mortis testatoris nullos adliuc habuerit liberos sorori instituta, nec prædicta extiderit conditio; nihil tamē obstat, quod cum masculos postea genuerit, soror per hanc conditionis illius existentiam ejusdem effectus retrōtrahatur ad illud tempus. *l. si filius famili. 78. de V. O. Hartm. Pistor. 1. qu. 4. num. 9. Gail. 2. obs. 2. n. 1. Tiraquell. in l. si unquam 8. verb. revertatur n. 277. C. d. revocand. donat.* ubi notanter ait, quod defectus conditionis habeat oculos retrō ad tempus dispositionis vel mortis testatoris.

Th. III. Imò planè ante existentiam conditionis dici nequit, semel suisse directe institutam hanc sororem, nam conditio nihil ponit inesse, & paria sunt non fieri, & fieri sub conditione adhuc non purificata Roman. *confil. 42.* sive conditio sit affirmativa, sive negativa Alex. *confil. 145.* *lib. 2. & confil. 42. & 46. lib. 7.* sive sit expressa, sive tacita Paris. *confil. 48. n. 2. vol. 1. confil. 19. n. 45. vol. 2.* juxta tritum illud, quod in conditione positum, non est in dispositione Flamin. *de resignat. lib. 1. quis 14. n. 9.* ubi simul tradit, quod actus habeatur, ac si non esset factus, non purificata conditione.

Th. IV. Ex hisce patet, nihil obstat, quod postpositi sint filii matris, ordine scripturæ attentō; cū enim nativitas horum filiorum efficiat, ut matris sub conditione illa facta institutio expireat, non ideo illi filii censi pos-

possunt substituti, sed, prout deductum in ratione decid. ipsi filii sunt directi heredes. Ordo scripturæ hac in re nihil matri tribuit, uti colligitur ex d. l. 6. ff. quand. dies legit. vel fideic. ced. add. tradita ab Imol. consil. supr. relat. 105. n. 43.

Th. V. Ad secundum dub. rat. responsio patet ex praecedentibus. Scil. negamus diem vel tempus institutioni sororis à testatore propriè loquendo esse dictam, sed illa adjectio conditionalem saltem facit institutionem, cuius dies vel tempus non tam respicit personam sororis, ut illud possit subduci, quam masculorum, quorem nativitas efficit conditionem istam sororis institutioni adjectam cessare, ac si nunquam heres scripta nominatave fuisset, arg. l. qui bredit. §. fin. ff. d. condit. & demonstr. l. liberto §. hujus ff. d. annuis legit. quare etiam per hanc tacitam conditionem adjectam efficitur, ut propriè nec heres dici possit soror Rol. à Vall. cons. 57. n. 20. vol. 3.

Th. VI. His ipsis simul tertia dubit. rationi satisfecimus. Neutiquam enim dua directæ hic substitutiones concurrunt, sed prima conditionalis deficit natis masculis, & hi solùm pro directe institutis, non pro substitutis, sunt reputandi.

Th. VII. Multo minus quartò juvare potest sororem testatoris, quod non tam hīc subesse conditionem quam modum institutioni ipsius adjectum opponat; nam conditionem adjectam evincunt illa verba sat clara, jedoch mit dem Beding/ (ex quibus verba subsequentia dermassen ic. ceu æquipollentia sunt interpretanda) ut latius in ratione decid. demonstratum dedimus. Imò quod in præsenti casu testator de nativitate masculorum adjectit, à futuro fortunæ dependet eventu, quod conditionem propriè, non modum, quatenus ille à conditione distingvitur, indicat.

Bartol.

Bartol. *supr. cit. loc. l. de quibus §. Tremilius n. 2. ff. de condit.*
& demonstrat. ut benè hoc explicat Zepper. *cynos. legal. d. c.*
49. n. 114. ubi circa finem notanter docet, illa vocabula, quæ
 alias modum important, tunc propriè sic dictam conditio-
 nem denotant, non modum, si id quod adjectū pendeat ex vi-
 ribus fortunæ *l. si vir 61. verb. ad tempus ibique Gloss.* & Bartol.
 & alii ibi citati. Nec etiam hīc ideò subesse modum cen-
 sendum, cum modus designet actum expediendum post jus &
 emolumētū quæsitum honorato, quod de eo, quod in nostro
 casu tubest, dici nequit, nec etiam sequitur: illa verba: *hac con-*
ditione, designant non raro modum, ergo etiam in nostro ca-
 su idem fit; à particulari enim ad universale; ab eo quod
 interdum fit ad id, ut semper fieri debeat, nulla est conse-
 quentia.

Th. VIII. Cæterū: posito, etiamsi modus subes-
 set, cum tamen non præstiterit cautionem de adimplendis o-
 mniib[us], eveniente casu juxta testatoris mentē & dispositionē,
 omni commodo carebit, *juxta auth. cui relictum C. d. indicet.*
viduit. tollend. Bart. Castr. Imol. & Socin. d. §. Tremilius
in 4. col. Et dubio omni caret modum legato vel institu-
 tioni adjectum pro conditione observandum venire *l. 7.*
C. d. bis que sub modo. Bero. *supr. alleg. consil. 30. n. 15. & 16.*
vol. 2. Add. hæc omnia latè dedicent. Franc. Bursat. *lib. 2.*
conf. 221. Cæteris allegatis abunde satisfit ex traditis in decid.
 rationibus.

Th. IX. Claudat nostram resolutionem confirmans
 Magnif. Jætorum in illustri hac Salana ad requisitionem N. C.
 anni currentis mens. Septembr. datum

Responsum.

P. P.

Wls Ihr uns berichtet welcher Gestalt weiland Herr
E von **W.** Obrister etliche allodial von seinem eigenen
 D im

im Kriege erworbenen Gelde erkauffte Guther / nemlich
J. und Z. bey Lebe-Zeiten besessen / kurz vor seinem tödlichen
Hintritt aber einen beständigen letzten Willen hin-
terlassen / und so viel die Institutionem heredis betrifft / da-
rinnen mit nachfolgenden Worten disponiret.

Zu meinem Erben sehe ich ein meine einige und
liebe Schwester Jungf. A. M. v. W. iedoch
mit diesem ausdrücklichen Beding und Masse/
daß der erste von Ihr aus rechtmäßiger Ehe
mit einem ehrlichen gebohrnen von Adel gezeugte
Männliche Erbe und Sohn meines Guths
zu J. der andere hernach erzielte aber des Guths
zu Z. und daselbst befindlichen Mobilien &c.
nichts ausgeschlossen Universal-Erben / denn
als iezo/und iezo als denn seyn / und solche Gü-
ther von selben auff Ihre Männliche Erben
allezeit dem Erstgebohrnen zu conservirung und
splendor ihrer familiæ und Geschlechts ferner
und unvermindert durch Erbgangs recht fallen/
kommen/bleiben und alle Theilung und aliena-
tion Ihnen ausdrücklich verbotthen seyn solle.

Nach welchem erfolgten Todesfall angeregte einige
Schwester des Testatoris dieser Guther / darinne Ihres
Bruders des Hu. Obristen C. v. W. Erbschaft bestan-
den sich angemasset/darauff mit einem von Adel G. von
L. sich verehlichet ; Dassie nun Gott mit Leibes-Fröh-
ten gesegnet und die Zeit der Geburth sich genahet/ habe
sie vor gut befunden zu Ihrer Ehe-Jungfers Fr. Müt-
ter sich zu begeben / um bey Ihrer Entbindung und
Sechs-

Sechswochen dero Raths und Wartung zu geniessen/
sie sey aber unterweges mit denen Geburths-Schmer-
zen befallen/und in einem kleinen Dörfflein einzukehren
gemischt worden/ gestalt sie daselbst mittelst glücklicher
Geburth zw'en Söhne (Christian und Johann nach-
mahls bey der Heil. Lauffe benahmet) zur Welt geboh-
ren/weil solches aber eilig zugangen/ und nur einige
wenige Bauers-Weiber hierbei sich befunden/ die aber
meist mit der Wochnerin/ so sehr schwach gewesen/ zu-
thun gehabt/ so sey harum muliercularum incuria gesche-
hen/daz nicht beobachtet und also nicht zu erfahren/ wer
unter diesen Zwillingen der erst oder ander gebohrne sey.
Dannenhero Ihr über nachfolgende Frage unsre
Rechts-Belehrung verlanget.

1. Wer unter diesen aus ein oder andern zugleich
angeführten Umständen vor den Erst- oder Ander-Ge-
bohrnen zu halten/und ob nicht beyden Eltern hierunter
zu disponiren oder auch wol eine æqualität unter diesen
Brüdern zu verfügen stehe; oder was sonst dißfalls
Rechtns und zu Verhütung alles unter angeregten
Brüdern besorgenden Streits (weil das Guth J. um
ein hohes wichtiger als das Guth Z.) erspriess- und pra-
cticirlich seyn möchte.

2. Ob nicht dieser Kinder Fr. Mutter/ als des Testa-
toris einige und leibliche Schwestern/heres directa und dero
Söhne perfide commissum substituti zu achten/ und dan-
nenhero Sie die Fr. Mutter/ des Testatoris Schwestern/
die Ihr gebührende Quartam Trebellianicam von beyden
Güthern abziehen und zurück behalten könne.

Dennach sprechen Wir nach fleißiger Erwiegung
der Sache und zwar auff die erste Frage vor Recht.
Ob wohl einige Rechts-Lehrer in dergleichen sehr

zweiffelhaftesten Fall aus unterlauffenden Umbständen
 und Vermuthungen / bald den stärksten / bald den
 schönsten / bald den verständig- und klügsten den Vor-
 zug bey der Erstgeburtz zu billigen / bald des Vaters Wil-
 len hierunter die determination und Wahl anheim stellen /
 noch andere aber wegen des sonderbahren unterlauffen-
 den Zweifels die commoda primogeniti zwischen beyden
 zu theilen rathsam- und billiger achten : Dennoch aber
 und dieweil besonders das letzte nehmlich die Theilung
 von dem Testatore ausdrücklich verboten / und von des-
 sen / nicht aber der Eltern Willen dieses ganze Werk
 hanget und solcher die institutos als ein Gesez / welches sie
 keines Weges zu überschreiten / binden / sonst auch die
 von dem Testatore angeführte ratio und splendor & con-
 servatio familie präprimis Senioris & primaogeniti, utpote
 magis dilecti gar hintan gesetzet würde : Hergegen
 andere auch vornehme DD. allen obigen angeführten
 Mitteln und Wegen / Sortem, und das beyde es aufs
 Löß-stellen vorziehen / als dessen Führer der allwissen-
 de Gott selbst ist / und so wohl Innhalts Göttl. Schrift /
 als auch Geist- und weltlicher Rechte so thanes Mittels in
 dermassen zweiffelhaftesten Dingen sich zu bedienen gesetzt
 und zugelassen. So halten Wir davor / daß auch hierum-
 ter durch solches Löß beyden Gebrüdern sich aus einan-
 der zu setzen am füglichsten und billichsten zu rathen ;
 Es steht aber dennoch nachmahlz bey denen Eltern ob
 und wie sie durch eigene Güther und in ihren letzten Wil-
 len zu Erhaltung ihres Zwecks der gewünschten Gleich-
 heit / demjenigen / welchem das geringere Guth durchs
 Löß zu siele / vor dem andern einen Vortheil gönnen wol-
 ten / als welches zu thun Ihnen unbenommen / iedoch
 wäre hierbei dem andern wenigst die legitima salva zu
 lassen.

Uff

Uff die andere Fr. ist U. R. M. Ob es schon das An-
sehen gewinnen möchte daß die Mutter der beyden Söh-
ne vor Ihnen pure instituiret / und dannenhero denen
Söhnen als fideicommisso substitutis mediante matris
ministerio hereditas zu restituiren / dannenhero sie auch/
Die Mutter/ als die zum ersten eingesetzte Erbin die
Trebellianicam zu detrahiren wohl besugt. Dennoch
aber und dieweil nach Anleitung der bekanten Rechts-
Regul ex l. quod pure 6. in pr. ff. quand. dies leg. ced.
derjenige so erst zwar instituiret, deme aber hernach
sub conditione hereditas adimiret und auff einen andern
transferiret / sub conditione instituiret zu seyn zu achten/
also aber die angeregte Schwester des Testatoris mit
dem Beding zum Erben eingesetzt/wenn sie keine Männ-
liche Erben aus rechtmäßiger Adel-Ehe bekommen wür-
de : welche condition aber / als sie zwey Söhne auf
diese Welt gehobren / deficiret und dadurch nicht we-
niger auch ipsa institutio und deren effect und Krafft
erloschen / über dieses die von dem Testatore gebrauch-
te emphatische Worte / dann als ieho und ieho alsdenn /
auch daß die institutio der beyden Söhne verbis dire-
ctis & non obliquis beschehe / alle interpretationem de
fideicommisso & per hoc facta substitutione ablehnien /
über dieses alles der Testator ausdrücklich in seinem
letzten Willen befohlen und disponiret / daß solche Gü-
ther von denen beyden Erstgebührnen ferner unver-
mindert auff ihre Primogenitos durch Erbgangs recht
fallen und bey denenselben bleiben sollen / So mag
auch diese der beyden Söhne Mutter von denen bey-
den Güthern F. u. Z. gestalten Sachen nach die Tre-
bellianicam portionem mit Fug nicht abziehen / V.R.W.

COROLLARIA.

I.

ETiam in optima & justissima causa is peccat, qui contra alterum processum instituit ex solo animo vindictæ cupido.

II.

Hodiernum Bellum Hungaricum contra Ma-lecontentos curatè loquendo Bellum non est.

III.

Subditis non fas est inquirere in mandata Superioris.

IV.

Dominus vigore Superioritatis Territorialis optimè prohibere potest subditos, ne victualia extra Territorium vendant ac distrahant, quod interdictum aliàs dicitur ein Buschlag.

V.

Pater Liberis Legatum in alterius testamen-to non validè adscribit, nec refert, an Testator scribi jussérít.

VI.

Legatum uxori sub conditione perpetuæ vi-duitatis relictum , non obstante hac conditione, mulier nihilominus legatum retinet & ad secun-da vota transire potest , etiamsi juramento sese adstrinxerit.

VII.

Ultio sive Vindicta privata in totum est illicita.

IIX.

Constat quod Advenæ atque hospites quamdiu in territorio alieno commorantur, teneantur stare Legibus ibidem vigentibus, tanquam Subditū temporarii: Qu. An hoc etiam procedat in pœnalibus, & qua poena sit afficiendus quis, deliquit in loco severioris supplicii, & in alio loco, ubi supplicium est levius, deprehenditur? Resp. Judicandum esse quoad pœnam delicti in provincia commissi, non verò ubi jam actu deprehenditur.

IX.

Sacerdos crimen in Confessione sibi patefactum ut manifestet, à Superiori cogi nequit.

X.

Absolutio a peccatis peti potest à Sacerdote quantumvis vitiosè vivente.

XI.

Legatus in gravi delicto deprehensus, ab eo, ad quem missus est, puniri minime potest.

XII.

Statibus Imperii Jus Nobilitandi quoad proprium territorium competit.

XIII.

Civitates Imperiales in Comitiis non solum votum consultativum sed & decisivum habent.

XIV.

XIV.

Servitus in fundo feudalii inscio & invito feu-
di Domino constitui potest.

XV.

Vassallus absque consensu Domini & Agna-
torum sub feudum recte constituit.

Hic partus infracto labore & insigni
Industriâ constat : Sed optimas laudes
Pariet tibi partus , nec ullus extingvet
Casus tuae virtutis auream prolem :
Nam sola virtus mortis impetum nescit.


De egregio specimine Cl. Dn. Respondenti ex
animo gratulatur

P R A E S E S .

QVæ culto ingenio sint condita perpetue curâ,
Educ in cathedram CONRADI , & publica redde.
Hoc tractatorum studiorum insigne sigillum
Mox commendabit patriæ cum laude reversum.
Nos voto sequimur : Feliciter omnia cedant.
Affectus & memoria tesserae banc ponit
GEORG. WOLFFG. WEDELIVS, D.
Consiliar. & Archiater Saxon.



.VIX



AB:154566



5b.

Kd A7




(48)

*bonores, officiolatus, perpetuitates hominibus extraneis dare
vel conferre paleat.* Donationes quoque regales extraneis
conferre prohibita. (Sunt autem Donationes regiae juris
nostrí vocabulo quo Latio Feuda appellantur) sequ. art. g.
*Quod bona extraneis collata recuperare, Idem de Castris & aliis
bonis extraneis hominibus donatis rex faciat recuperationem.*
Sed nec ipse Matthias, optimus alias rex, boni Tutoris leges
adimplevit. Gisram enim Boemum viatum possessoribus
donavit vid. Bonfin. Dec. III. Lib. 10. p. 30. & Johanni Arrigo-
nio ipsum Regni primarum concessit Vid. Dec. IV. Lib. 6. p.
616. De eo
tricis advent
ela & Lib. 7.
nos dammare
pecunias ludu
in res futiles
& frugalitate
laret antiquo
minatosque n
modo auram
gnum popular
pere. Multis
quamvis sup
novis sanctiōibus absque tamen juris effictu repetantur, ha-
bent profectò Status Hungarici quod missentur.

TANTUM.



CASVS BINI PARTVS DVBRII



JOH. GEORG. CONRAD.
Rotenburgo ad Tubarim Franc.

IENÆ, Typis PAULI EHRICHI. 1711.

12.